Idem Brzescianskim Coniugibus Debet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premislien
Magnificus Nicolaus a Zurow Danilowicz Supremus Regni Subdapifer Samborien:
etc. Corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis
et competen recedendo Praesentique Castrensi Capitan Premislien Iurisdictioni se cum Suc:
cessoribus ac bonis suis generaliter omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et ple:
narie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognouit.
Quia ipse Generosis Carolo Brzescianski et Sophiae de Lobiecz(?) coniugibus legi:
timis et eorum posteris Summam mille floren polon certi veri iusti et liquidi debiti
mutuatique apud ipsum per se recognoscentem florenum quemlibet grossis triginta polon
computando et numerando tenetur atque debet Quam quidem Summam suprascriptam
Mille floren polon idem recognoscens Magnificus Danilowicz praefatis Generosis Brze:
scianskim coniugibus Creditoribus suis eorumque posteris Se suosque Successores in
et super bonis suis generaliter omnibus haereditariis et obligatoriis mobilibus et im:
mobilibus Summisque pecuniariis quibusuis habitis et habendis inscribit et obligat
praesentis hinc a die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime venturo in
duabus Septimanis daturum soluturum et numeraturum ac coram officio Actisque
praesen realiter et in effectu repositurum et relicturum versus(?) ab eodem officio non
effecturum nec arestaturum vel quouis alio modo solutionem eiusdem
Summae praeprolixe [illegible] sub Vadiis similis Summae
aliorum Mille floren polon per praefatum recognoscentem Magnificum Da:
nilowicz eiusque posteros Suprascriptis Generosis Brzescianskim coniugibus

Creditoribus suis eorumq posteris ob non solutionem summae memoratae pro tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbendo. Cum quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac summa ipsa principali non soluta solvenda Castrensis existens memoratus recognoscens Magnificus Danilowicz Subdapifer Regni suis cum posteris ad instantiam praedictorum Generosorum Brzescianskich comi gum Creditorum suorum vel eorum successorum ad officium praesens Castren Capitaneale Premisliensis Extunc vigore suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare impsumpsit respondere re vadium praetactum huic inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat eundem terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequen causa eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Correctorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem aliorum proximos terminos officii praefati Castren Premisliensis dilationem sibi non recipiendo Nullasq motiones appellationes protestationes ac earum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione Terrestri bello Convocationeq et aliis quibusvis iuris remediis et facti defensis non evadendo nec modo quovis subterfugiendo fide sua praesenti personali recognitione ad praemissa mediante.

Brzescianski Jaszowskiey

Scriptum Roborat.

Comparens personaliter coram officio et actis praesen Castren Capitan

Premislien